



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum
dierum Quadragesimæ

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

65. Considerando Passionem Domini, per Oppositionem seu
Contrapositionem Christi Domini tam Exteriorum quàm Interiorum partium
dolorumque, cum Hominis meditantis Exterioribus, Interioribus multum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

attritio, livor, & passio, nostræ sunt calamitatis indices, & adeptæ pacis speciales testes. Hanc itaque (pacem) non in membranis, non in lapide, neque in ligno, sed sanguine proprio in sua carne conscripsit. Librum hunc, ut ab universis legatur publicè exposuit, non sermone composito, vel humanæ sapientiæ exaratus est verbis, sed hominum interveniente malitiâ, digito Dei scriptus; nempe sævientibus inimicis depictus est foris: Charitate autem & sapientiâ Christi, formatus est intus. Habet foris, simplex & indoctus quid legat, habet spiritualis & perfectus quid intus intelligat. Legit simplex & lætificatur, atque compungitur, exercitatus verò intelligens irradiatur, atque accenditur. Quis, nisi Sapia Doctrinæ poterat tam multa paucis colligere, abbreviatam legem, legalia Sacramenta, charitatis compendium, perfectionis celsitudinem, & totum Redemptionis humanæ Modum, in hoc Corporis sui conclusit volumine. Quamobrem cum scribere complèffet, nihilque superesset scribendum, dixit:] *Consummatum est.* Hæc Beatus Laurentius.

MODUS LXV.

Sexagesimus quintus meditandi Passionem Domini Modus esse potest; si assumatur Christus Patiens vel Passus, atque meditandi proponatur, ita, ut totus quantus est Christus, opponatur homini, velut quidam accusator, expostulatorve, ac simul Judex, simulque etiam Medicus, aut Parens Indulgentissimus. Opponatur autem secundum omnia exteriora & interiora

riora ejusdem hominis. Explicatione, & exemplo res fiet clarior. Igitur ô Christiane pone tibi ob oculos cordis tui Christum Deum tuum, in conditione quidem quâ voles, & videtur utilissimum efficacissimumque futurum, si Patientem aut Passum pro te tibi proposueris. Rursum verò coram Christo pone temetipsum abjectum & prostratum in genua vel faciem, (prout æquum est) vel prout commodius videbitur meditationi. Tum audire tibi videaris Christum dicentem ad te illa. *Narra si quid habes, ut justificeris.* *Isa. 43. 27.* Conclusio tractatûs istius, erit illa Beati Job. *Non respondebit ei unum pro mille.* Vel etiam illa. *Non justificabitur homo compositus Deo.* Audi ergo *Job. 9. 3.* homo quomodo Christi exteriora stent contra te, & accusent te? *Job. 25. 4.* Ecce Caput Christi confixum spineo sero, conquassatum, depilatum, laceratum, humiliatum: accusat caput tuum, illudque secum in iudicium vocat, quia est sibi valde dissimile: nam est superbum, delicatum, calamistratum, concinnatum, & cincinnatum, pingue, & unctum, erectum, & cervicosum. *Frons Christi* veneranda, tuam effrontem frontem immodestam, & superbam arguit. *Oculi Christi* modesti, demissi, verecundi, suffusi, & caligine sanguineâ obtenebrati, oculos tuos nutibus suis ambulantes, & usque ad fines terræ porrectos, vagos, vanos, lubricos, curiosos, molles, procaeces, volubiles, in iudicium vocant. Defende si potes, ex casa, atque causam oculorum tuorum, frontis tuæ, capitis tui; quod si non potes, si quàm longissimè (quod est per omnia verum) absunt à Christi exterioribus, quid restat, nisi ut denique te ipse condemnes, & dicant contra te

C c 5

iniqui-

Dr
Bick
r = 280
o m us II
F e V
5 8

iniquitates tuæ testimonium? sic enim tantum
 evadere potes horribile Dei iudicium. Nam si
 accusaste, justificas: quod si justus es? sequitur
 Christum iniquum esse. Atqui sic contra Deum
 facis, & justior es factore tuo. Si autem accu-
 saste, & condemnas, cum Deo facis, exaltas
 quidem Christum, qui est super omnia Deus be-
 nedictus in sæcula: Tibi autem solum faciei
 confusionem (quæ revera sola tua est, tibi que
 debetur) inducis & indicis, & per hoc justus effi-
 ceris. Quod de Capite, Fronte, Oculis Christi
 dixi, de tota Corporis Christi, compage medi-
 tandum est, sed hoc in præsentî (ubi modos tan-
 tum meditandi non meditationes scribimus)
 locum non habet. Atque etiam id ipsum cogi-
 tandum de Christi interioribus; ita, ut Anima
 Christi animam nostram incuset, Memoria me-
 moriam, Intellectus intellectum, Voluntas vo-
 luntatem, Phantasia Phantasiam, Judicium &
 æstimatoria, itemque consultiva & electiva facul-
 tas Christi, nostram judicativam, æstimatoriam,
 consultivam, & electivam vim in jus vocet. Pa-
 riter Amor amorem, Timor timorem, Tristitia
 tristitiam, Ira iram, Odium odium, Fuga fugam,
 omnis denique appetitus Christi, nostrum ap-
 petitum accuset. Præterea, Charitas charita-
 tem, Contritio contritionem, Obedientia obe-
 dientiam, Paupertas paupertatem, Puritas puri-
 tatem, Humilitas humilitatem, Mansuetudo, Pa-
 tientia, Modestia, mansuetudinem, patientiam,
 modestiam. Constantia, Fortitudo, Perseve-
 rantia, Fervor, Devotio, nostram constantiam,
 fortitudinem, perseverantiam, fervorem, devo-
 tionem inculpet, & de ea coram Deo Patre, vel
 ipso

S:
 op e
 J.
 N

ipso Christo, vel conscientiam tanquam Iudice,
 coram sanctis conqueratur; quod nempe tanta
 si inter sua & nostra differentia, dissimilitudo, ut
 præter sola nomina, nullo modo in comparationem
 venire possint. Nam v.g. quæ comparatio
 nostræ charitatis ad Charitatem Christi, nostræ
 mansuetudinis ad Mansuetudinem Christi,
 nostræ orationis ac religionis, ad Orationem &
 Religionem Christi? Par de aliis iudicium, par
 & sententia, decretumque esto. Et tamen Pro-
 fessio, vocatio, obligatioque nostra magnam si-
 militudinem promittit, & profitetur, & exigit:
 & tamen auxilia subsidiaque gratiæ, itemque
 opportunitas & occasiones, itemque exempla
 tum Christi Domini, tum Sanctorum, tum eor-
 um, quot inter vivimus, à quibus & habemus
 data, quibusque obligamur dare, longè alia vir-
 tutum, perfectionumque argumenta, jure suo
 exposcunt. Hac tali meditatione, collatione,
 dijudicationeque Christi ad nos, nostrique ad
 Christum, præsertim Passum ac Patientem, insti-
 tuta atque peractâ, cum debita applicatione at-
 que serietate, quæ, vel cujus nostrum erit Ani-
 ma, in qua non enascantur competentes, hoc
 est, maximè resoluti, accurati, obfirmatique affe-
 ctus & conatus ad meliora, ad perfectiora, ad
 Christo similia, vivendi, agendique studia?
 Atque, nisi me mea fallit opinio, talis dijudica-
 tio, atque (ut sic loquar) Christi nobiscum, no-
 strique cum Christo confrontatio, illis potissi-
 mum usurpanda est, qui perfectionis Christianæ,
 vel actualem possessionem, vel actualiter conti-
 nuatam consecrationem profitentur statu suo,
 zationeque vivendi, & vocationis instituto.

Genti-

D
 Bick
 re
 om
 V
 8

Gentilibus enim, maximè cum lumine rationis naturalis contendendum erit in iudicio, cui scilicet oblectati sunt, & veluti exuto rationis freno, bestiali libertate vixerunt. Christianis & Mandata quidem Dei lumine rationis cognita, ac insuper à Deo propofita, sed præterea etiam fidei Christianæ præcepta sine dubio opponentur in iudicio, & ad illa, ipsorum vivendi ratio strictè examinabitur. At verò Christi perfectam imitationem professis: totus quantus est Christus, totaque virtutum ejus sinceritas, sublimitas, heroicitas, atque exemplaritas, ob oculos statuetur, & ad earum normam, vitæ, virtutumque, nec non singulorum operum, omniumque morum perfectio, & sinceritas, & sublimitas expendetur: non utique sine grandi confusione ejus, qui inventus fuerit minus habens. Sicut etiam non erit absque magna, ac omnino divina consolatione, exultationeque illius cujusque, quicumque inventus fuerit quam exactissimè prototypo, exemplarique Christi Domini respondisse, ad illiusque similitudinem proximè accessisse. Quare hoc genus meditationis, sui nempe cum Christo collationis, & tam ab ipso, quam omnibus quæ sunt in ipso, nostrarum rerum, virtutum, partium, affectionum Accusationis, Examinationis, Dijudicationis: faciat unusquisque nostrum, qui vocatione statuque perfectionem, & perfectam Christi imitationem profiteamur, sibi valde familiarem. Sic enim fiet, ut magnis, & perpetuò continuatis passibus, atque progressibus, stadium perfectionis christianæ decurrere nos, decurrereque experiamur, assequamurque illud felicitatis, quod sponsa in Canticis obvenisse

nisse le
sponso
quibus
dilauda
trus v
atreve
pue, cu
eandem
stolus,
in nobi
cruceifi
ejusqu
imitati
veritat
monstr
catione
obligat
beamu
secrato
offensu
Cogita
cum Ch
ram no
sitates
etiam i
ejusmo
(exem
tionum
nere im
nibus
proteg
Quoci
& nos
Christe

G:
ope
Ti
N

nisse legimus: quæ omnibus illis encomiis, à
 sponso suo vicissim recommendatur exactè,
 quibus ipsa sponsum suum copiosè & sigillatim
 dilaudat. Ad hoc certè studii genus Beatus Pe-
 trus videtur exhortari fideles, omnes quidem,
 at vera virtutis perfectionem professos præci-
 pue, cum ita monet. *Christo in carne passò, & vos
 eadem cogitatione armamini*, quibus verbis Apo-
 stolus, & admonet nos obligationis nostræ, quæ
 in nobis exsurgit, ex eo præcipue, quòd Christo
 cruceifixo, Passoque pro nobis nomen dedimus:
 ejusque obsequio nos dedimus: videlicet ad
 imitationem ejus in Passione & sufferentia ad-
 veritatum quarumcunque: & præterea de-
 monstrat, quantò cum studio, animique appli-
 catione, & obligationis appretiatione hanc ipsam
 obligationem exequi, tenerè, & conservare de-
 beamus: eâ scilicet, quâ videmus militiæ con-
 secratos homines, arma sua sive defensiva, sive
 offensiva solitos esse conservare, tueri, æstimare.
 Cogitationes enim de Patiendò pro Christo, &
 cum Christo, & exemplo Christi, vocat armatu-
 ram nostram, contra omnes, non tantùm adver-
 sitates, sed etiam adversarios ipsos. Denique
 etiam Beatus Apostolus fructum nobis indicat
 ejusmodi cogitationum, atque ad patiendum
 (exemplo Domini nostri Jesu Christi) resolu-
 tionum: videlicet securitatem, & ab omni vul-
 nere immunitatem, siquidem talibus cogitatio-
 nibus non aliter quàm invincibilibus armis, &
 protegemur ipsi, & hostibus formidini erimus.
 Quocirca Christo in carne sua Passò, armemur
 & nos carnem nostram patiendi resolutionibus.
 Christo in Anima sua Passò, armemur & nos pro-
 posito

Cant. 4. 5.

Cant. 5. 9.

Handwritten notes in a cursive script, possibly a list or index, including words like "Bick", "re", "omnis", "V", "8".

posito patiendi cum ipso in animabus nostris; Christo humiliato, contempto, vulnerato, crucentato, illuso, exinanitio, cum iniquis deputato, à Patre derelicto: & nos similibus perpetuorum desiderio proposito, studio, inquisitione, æstimatione armemur: ut humiliari, despici, affligi, crucifigi, cum latronibus & impiis reputari, ipsum etiam cordis à Deo exilium perpeti concupiscamus, quæramus, ambiamus, gaudeamus.

MODUS LXVI.

Sexagesimus sextus Passionem Domini meditando Modus esse potest, recogitando, & devotis cum affectibus expendendo, qualiter Dominus IESUS semper quidem alias in tota mortali vita sua; ac specialius Passionis suæ, mortisque tempore, omnem quidem infirmitatem, & miseriam, atque vilitatem humanæ conditionis, quam assumpserat pro nobis, luculenter ostendit: contra autem omnem Divinitatis majestatem à persecutorum suorum oculis abscondit. Exhibet istum Modum meditando Gregorius Magnus, ubi verba illa Beati Job. [*Si ex pavi ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum ostium.* ad Christum Dominum accommodans, ita loquitur. [*Quæ scilicet verba, si ad mysticum intellectum pertrahimus, in eis citius operationem nostri redemptoris invenimus. Ipse quippe ad multitudinem nimiam non expavit, dicens. Ego sum. Ipsum despectio propinquorum non terruit, qui nos ab æternis suppli-*

Job. 31. 34.

Greg. lib. 22.

Moral. c. 12.

Suppl. accep. qui su. infir. re no. quali. Hom. dere. pta c. Hom. sicog. cifixi. & rec. perfe. lit, q. bus n. per l. natio. Cùm. egref. stenta. didit. torib. exivi. nitati. etiam. popu. Sanct. I. Dom. mitati. oculis. matio. & co. suppli-